



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

XII. De sepulturis & Canonica portione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

*ex utroque parente sibi conjunctos, cum proximi gradu ascendentibus concurrant, latè Nov de hered. ab intest. Cæterum his omnibus deficientibus succedit virux & contra, l. unica Cod Vir & uxar iungo ibid. Aut. Prateras & Nov. 5. & 11. unde defunctoris, & postrem d. fiscus, l. 1. & 4. C. De bonis vacatis junctâ d. l. unic. Quid attinet ad bona allodialia. Nam in feudalibus alius ferè successionis ordo est, ut videtur in cap. 1. de natura successus feud. in cap. 2. de successu sculi & alibi in libris Feud.*

**§. 3. Clerico intestato qui succedant.**

*Et hæc quoad successionem in bonis secularium. At Clerico intestato succedunt liberi, si quos ex legitimo matrimonio autem procreavit: deinde consanguinei; & his deficientibus, Ecclesia sine altare, cui inservivit, can. fin. XII. quest. 5. cap. 1. & ibi DD. Ext. De successo ab intest. & si quis autem Episc. Nov. de Eccles. titulus facit can. Similiter cap. XIIII. quest. 1. Idque in bonis propriis ipsius Clerici. Quia enim prospectu Ecclesiæ ad eum pervenerunt, non hereditibus ejus deferuntur, sed collegio clericorum; aut si separati extra collegium bona illa possidebat (uti Episcopus, Parochus & similes) ejus successor. cap. Relatum 12. De testam. cap. fin. De off. ord. in 6. & Statutum 7. De cœlest. in Clement. & cap. 2. eod. in Extravag. loan. XXII.*

**§. 4. In Capitula, aliosque, qui Episcopi aut alterius defunctoris bona occupant**

*Hinc illa Bonifacii VIII. Constitutio in Capitula, aliosque, qui defunctori Prælati bona occupant: Quia, inquit, sæpe contingit, quod Cardinalibus & regularibus ac collegiis Ecclesiæ vacantibus, Capitula, conventus, Collegia & singulares earumdem personæ bona à Prælatis ipsarum dimisi vel vocationis tempore obvenientia, quæ in utilitatem dictarum Ecclesiastum expendi, vel futuriis deberent successoribus fideliter reservari; occupant, inter se dividunt, subipiunt, dilapidant, dissipant & consumunt, in eorum grave dispendium & jaclitram; Nos ipsorum casus reprimere, ac Ecclesiæ indebitatibus præcavere volentes, decernimus, ut hi, qui praemissa de cætero presumperint, eo ipso sint & ramdiu maneat ab officio & beneficiis quibuscumque suspensi, donec plenè restituuerint quicquid de bonis præcepérint supradictis; Non obstantibus quibuslibet privilegiis vel indulgentiis, aut coauctitudinibus, constitutionibus vel statutis, juramento, confirmatione Sedis Apostolicæ, aut alia quacumque similitate vallatis; quæ omnia quoad hoc auctoritate Apostolicæ revocamus, castamus & irritamus, ac nullius deinceps volumus esse firmatis, text. est in cap. Quia sèpè 40. De elect. lib. 6. addo can. Quoniam quidam dicit. 75. can. Illud cum can. seq. XIII. quest. 2.*

**DE SEPVLTVRIS ET CANONICA PORTIONE.****T I T U L U S XII.**

**H**ic subsequenter de sepulturis videamus, quæ pro & probato majorum more in Ecclesiæ vel monasteriis, aut eorum cœmteriis exercitari solent, cap. 2. Ext. hoc tit. can. Non 4. similares, in fine can. Cum gratia XIIII. quest. 2. quibus ita & ratio redditur.

**§. 1. Sepultura electio cuiilibet libera, exceptis minoribus**

Liberum est autem in cuiilibet, quo velit loco, sepulturam sibi diligere, cap. in verbis nullitamen negamus, & cap. Cum super 8. Ext. ead. c. 2. & fin. eod. in 6. addo ut & uxori inconsulto marito, & filius sine assensu patris sui, hanc potestatem sibi vindicent, cap. De uxore 7. Ext. eod. in 6. Nisi sit filius impu-

bes, cui propter defectum judicij pater sepultram elegit, si id ferat loci conservudo; alioqui ex cessante in sepulchro majorum suorum, vel in parochiali Ecclesiæ humandus est, d. cap. penult. addo q. ubi itaque s. inf. eod.

**§. 2. Item exceptio Religiosis.**

In Religiosis sequimur præscriptum Bonifacii VIII. quod ita habet: Religiosi nisi à propriis monasteriis addo forsitan sint remoti, quod dад ea cum moriuntur, commodè portati non possunt, neque nat (cum velle vel nolle non habeant) sibi eligere sepulturam; sed sunt apud sua monasteria tumulandi, text. est in can. fin. eod. in 6.

**§. 3. Ets.**

§. 3. *Electio sepultura etiam in loco minus religioso permissa.*

Igitur in ceteris libera sepulturae electio est, etiam in loco minus religioso, cap. 2. § fin eod in 6. modò id malitiosè non fiat: neque enim malitiis indulgendum est, cap. 3. Ext. eod. & L In fundo D. De rei vind.

§. 4 *Improbatur conventio de sepultura certo loco eligenda, vel electa non mutanda.*

Interdictum verò Clericis & Religiosis, ne quem inducant ad elegandam apud se sepulturam, vel ad eam semel electam non mutandam: secus electio etiam jurato facta, nullius momenti est, inservitque jubetur defunctus eò loci, quo alias cessante electione inferendus erat. Et si forte Clerici vel Religiosi cumdem in sepulturam suam receperint, conveniri poterunt non solum ad restorationem sepulti corporis, omniumque eorum, quæ ratione sepulturae percepérunt, remittantiam si contumaces sint in restituendo post decendium, Ecclesia & coemeterium eorum interdicto Ecclesiastico ipso jure subjicitur, quo usque restitutio plenè satisfiat, cap. 1. eod. in 6. addit. Gloj. ibid. §. c. 3. §. 6. Ext. eod.

§. 5. *Vbi sepeliendus sit, qui sepulturam sibi non elegit.*

Ubi itaque defunctus sepulturam sibi liberè non elegit, sepeliendus est in sepulchro majorum suorum: aut, eo deficiente, in parochiali Ecclesia, cap. 1. §. ibi in loc. cap. 3. in verb. sed in sua parochiali, eod in 6. excepta uxore, quæ defuncti mariti sepulturam sequitur, can. Vnaquaque xiiii quest. 2. & si forte plures ea maritos habuerit, mariti postremò defuncti, cuius domicilium & honorem retinuit, cap. 3. §. mulier eod. in 6. Idem quoque in matrimonio residendum esse indicat his verbis Hieronimus: Quos conjunxit unus coniugium, coniungat unum sepulchrum: quia una caro sunt, & quos Deus coniunxit, homo non separat. Extas in can. 2. in fine xiii quest. 2. sed hanc dubie accipiendo est, ubi sepultura non est electa, juxta supra allegata.

§. 6. *Ruri mortuus ubi sepeliendus.*

De eo addubitari posset, quo loco sepeliendus sit, qui dum ruri animi gratiâ, vel rusticâ occupabatur, nullà electâ sepulturâ, ibi deceſſit? Et magis est, si absque periculo inde exportari

possit, eum ibidem non esse sepeliendum, sed remittendum ad sepulturam parochiale, vel portis majorum suorum, cap. 3. in prine. hoc ut. n. 6. cap. 1. Ext. eod.

§. 7. *Quibus sepultura Ecclesiastica sit interdictum.*

Et quamvis nemo ab Ecclesiastica sepultura prohibeti debeat, iuxta illud Ecclesiastici: Mortuο non prohibeas gratiā, sciens quoniam omnes moriemur, can. In Ecclesiastico xiiii. quest. 2. occurrit tamen nonnulli, quibus sepultura Ecclesiastica jure denegatur, imò plane interdicta est: veluti sunt, haeretici, eorumque receptatores & fautores, cap. 2. Deharet. in 6. in duello interfici, Concil. Trident. sess. 25 cap. 19. de reform. addit. cap. 1. Ext. De tornacient, vel alias excommunicati, cap. Sacris 12. Ext. hoc tit. quibus cum viventibus non communicemus, nec defunctis communicare debemus, d. cap. Sacris. Adde Judæos, paganos, can. Ecclesiam cum can. seq. de consecr. distinct. 1. usurarios manifestos, cap. 3. Ext. Dei sur. raptores, iuxta cap. 3. Ext. Dei rapto. fures & latrones in flagrantí criminis occisis, cap. 2. Ext. Dei sur. & can. penit. xiiii. quest. 2. quive mortem sibi consicerunt, cap. Placuit xxiij. quest. 5. vel in Pascha Eucharistia sacramentum non sumplerunt, cap. Omnes suriusque Ext. De penit. ceterosque, qui gravioribus peccatis obnoxii ex hoc mundo impeditentes discernerunt, text. in can. Quibus xiiii. quest. 2. Sed nec interdicti tempore quis ad sepulturam Ecclesiasticam admittendus est: neque is, qui nominatum interdicto multatus est, ut infra latius explicabitur sub Tit. de fearent excom. cap. 1. hoc tit. in Clem. latius Hostiensis in sum in desepult. Sylvester in V. Sepultura.

§. 8. *Pœna recipientium interdictos Ecclesiasticos sepultura.*

Qui autem haereticos, receptatores, fautoresque eorum scienter præsumperint Ecclesiastica sepulturae tradere, ex Constitutione Alexandri IV. excommunicatione notantur: à qua non ante absolventur, quam propriis manibus sepultos publicè cruerint & projecterint. Sed & locus ipse perpetua sepultura privatur, cap. 2. in prine. Deharet. lib. 5. dum ramen eorum olla discerni possint ab aliis, iuxta d. cap. Sacris. In eos quoque, qui vel interdicti tempore, vel excommunicatos publicè, vel interdictos nominatim, vel ususarios

arios manifestos scienter in cœmertiis sepelire præsumperint, ex decreto Clementis V, in Concilio Vienensis, excommunicatio ipso facto constituta est, à qua neque autem liberantur, quam arbitrio Diocesani Episcopi, satisfactionem in iuriis iis, quibus hoc nomine irrogata est, competentem exhibuerint: nullo emptionis vel quovis alio privilegio, quavis eriam verborum formâ concepto, illis suffragante, cap. 1, eod. sit in Clement. Hac quæ dicuntur de non sepeliendis excommunicatis & interdictis, attemperanda sunt iuxta Extravag. Martini V, quam vide in §. 1. ann. inf. de sentent. excommunicat.

¶. 9. Reconciliatis sepultura Ecclesiastica refituitur, & ad refusum damni compelluntur heredes ipsorum.

Quæ certè exaudienda sunt de iis, qui impeditentes, non reconciliati Ecclesiæ, ex hac vita migrarunt. Ceterum si quis in extremis dum ageret, legitimè absolutus fuerit, huic cœmertiu aliaque Ecclesiæ suffragia minimè deenganda sunt, cap. Sacris 12, cap. fin. Ext. hoc tit. Cujus tamen hæredes & propinqui, ad quos bona ejus pervenerunt, ad restitutionem damni à defuncto illati, conveniri & constringi poterant, d. cap. fin. cap. 5, Ext. De raptorib.

¶. 10. Causa sublato sepultura non deneganda;

In eo, quem casus inopinatus opprescit vel sustulit, hanc regulam sequimur, ut cui communicabamus viventi, eidem quoque defuncto communicemus, cap. Ex parte 1, Ext. eod. nisi tamen cum in peccato discessisse constiterit. Glossa & Panorm. add. cap. Ex parte per text. in can. Non affi- memus, can. Pro obenuntib. xiiii, q. 2.

¶. 11. Præsepultura loco nihil exigendum est.

Illud admonendis sumus, à sacris Canonibus omnino interdicte, ne pro loco sepulturae aut exequiis mortuorum aliquid exigatur; prætextu etiam consuetudinis, cap. Abolenda 13, Ext. hoc tit. can. Questa, can. In Ecclesiastico xiiii, quest. 2, cap. Non satus 8, cap. Ad Apostolicam 42. Ext. De simonia, nisi consuetudo pia & laudabilis aliud dictaverit, d. 8, Apostolicam, Glos. add. c. Abolenda.

#### §. 12. De Canonica portione parochiali.

Nemo autem prohibetur Ecclesiæ, cuius sepulturam elegit, aliquid legare vel relinquere, can. Qui oblationes cum e. seq. xiiii, q. 2, cap. Relatum ext. De testam. salvâ tamen Ecclesiæ parochiali canonica suâ portione, quam hæc detrahit ex reliquo, instar Falcidiaz: que quandoque quarta est, quandoque tertia, quandoque media, pro loco consuetudine. De quarta est textus in cap. Cum super 8, Ext. hoc tit. de tertia in cap. 1, xxi. eod. de medianis c. 2, cap. 9, Ext. eod. de consuetudine in d. cap. 9.

#### §. 13. In quibus legatis cesseret portio canonica.

Exceptis tamen legatis, pro ornamentis, pro fabrica, pro lumiariis, pro septimo, vigesimo, trigesimo, sive aliâs ad perpetuum cultum divinum, reliquis, in quibus cessat detractio canonicae portionis, cap. fin. Ext. Detestam Adde in Hospitariis, ex equis & armis ipsius reliquo, c. In vestra 10, Ext. De sepultura Nisi in fraudem Ecclesiæ parochialis hæc legata reliqua essent, d. cap. fin. aut Fratribus Ordinum Minorum & Prædicatorum; qui & in his aliisque reliquis quartæ detractio nem patiuntur, cap. 2, §. huiusmodi De sepultura in Clement. Et hæc de canonica portione parochiali.

#### §. 14. De Canonica portione Episcopali.

Est & canonica portio Episcopalis, quæ scilicet Episcopo competit ex reliquis alicui Ecclesiæ, pro cura, quam ipse in suum Diocesum impedit, cap. Conquerente 16, in verb. mortuiorum ext. De officiis jud. ord. cap. Officii 4, cum cap. seq. Ext. Detestam quæ & quandoque quarta est, quandoque tertia, iuxta loci consuetudinem, cap. Requisiti 15, Ext. Detestam. Cujus usus in dissuetudinem abiisse videtur, & præscriptione contraria tolli posse, probat, c. Quarta ext. De praescript.

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*</